



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae

Cvm Variis Indicibvs

De Deo Effectore, Creaturarvm Omnivm Tractatvs II. De Opere Sex
Diervm, Ac Tertivs De Anima

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1622

III. An appetito fiat à sola potentia appetitiua, & quid per illam producat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93575)

appetere non esse beatum: hoc vero non potest, nisi quia malum est, beatum non esse, quare, &c.

4
Notatio 1.
pro explicanda
conclusi.

Notandum circa conclusionem, quod non simpliciter dixerimus adequatum obiectum appetitui esse bonum, siquidem potentia appetitiva versari potest circa malum, odio habendo illud, ut primum argumentum probat: potentia tamen appetitiva aliter versatur circa bonum, quam circa malum: circa bonum quidem appetendo, & inclinando in illud, circa malum autem rejiciendo: quia vero actus posterior fundatur in priori (nam ideo odio habetur malum, quia contrariatur bono, unde actus odij quasi per accidens consequitur) ideo obiectum simpliciter adequatum potentia appetitivae, ut prosequitur, est appetitum bonum. Notandum est secundo non esse sensum conclusionis potentiam appetitivam habere pro obiecto boni sub absoluta ratione boni, hoc enim proprium est voluntatis, ut infra dicitur. Tercius ergo est omnem potentiam appetitivam habere pro obiecto formalitatem boni communis, vel particularis: ad hoc tendunt rationes factae si perpendantur.

Notatio 2.

5
Ad 1. in n. 1.
eius, pro
batione
quinque.

Ad argumentum primum initio capituli respondendum negando maiorem, prima vero minoris probatio expedita est. Ad secundam dicto impossibile esse velle malum alteri, nisi in obiecto, vel in actu reperiatur aliqua ratio boni? sic Deus vult malum poenae in iustis, quia in tali actu reperitur bonum iustitiae, & de similibus. Ad tertiam, esse contra voluntatem Dei ratio quidem formalis est mali inhonesti, id tamen malum appetit damnatus vestitum velamine vindictae, quam fumere conatur de Deo: quia vero in hoc explet appetitum, quem de malo diuino elicit, ideo ibi inuenit aliquam boni rationem. Ad quartam responderetur id falsum esse, & impossibile, cum voluntas ferri nequeat extra suum obiectum, imo in illo actu cernitur quaedam implicatio, cum experientia libertatis quiddam sit bonum: quia ergo ratione in argumento sumitur velle appeti tunc posse malum sub ratione mali? Quinta probatio petit difficultatem non leuem, an scilicet possit quispiam appetere non esse simpliciter, & quoniam questio huius loci non est, dico breuiter partem affirmantem videri probabiliorē sic damnati potius vellent non esse, quam tales esse: tunc tamen ipsum non esse sub ratione boni haud dubie appetitur, scilicet tanquam conduens ad partem saltem beatitudinis habendam, carentiam videlicet miseriae quando alteram, quae est boni possessio, nequeunt adipisci: carere autem miseria non datur dum existunt, ideoque non esse volunt, ut malum illud fugiant. Urgetur aliquis. Qui vult non esse, vult etiam non esse beatus, nam qui tollit fundamentum, tollit aedificium. Respondetur negando datum velle simpliciter non esse, sed supposito statu miseriae, ac item supposito, quod aliter nequeat illum euadere, unde nequaquam appetit non esse beatus, sed permittit tantummodo, cum aliter non possit vitam effugere miseriam, ac velit, nolit, nunquam beatus euadere.

6
Ad 2. principalem arg. in eodem n. 1.
Ad 3.
Ad 4.
Videndum
auth. l. 7. de
ang. c. 1. a. 2.
n. 4.

Iam ad secundum principale argumentum respondetur voluntatem non posse respicere positum bonum aliquod, nisi in quantum in illo excogitatur aliqua mali ratio. Ad tertium similis datur responsio, non enim appetitur destructio ipsius existentie, nisi in dicta mali alicuius carentia. Ad quartum dicimus impossibilia putata possibilia posse appeti, quia apprehenduntur sub ratione boni, impossibilia vero cognita, ut impossibilia appeti non posse, nisi forte voluntate conditionali, si fierent possibilia, tunc autem sicut conditionaliter appetuntur, ita etiam illis apponitur aliqua boni conditio.

7
Quæres tamen utrum bonum appetibile debeat necessario esse bonum ipsius appetentis, ait

Franc. Suarez de Anima.

namque Aristoteles supra citatus amabile esse bonum, unicuique tamen proprium. Pro quo fit secunda conclusio. Impossibile est appeti, quod non respiciat bonum proprium ipsius appetentis, vel illud includat aliquo modo. Colligitur conclusio ex relato Aristotele, videturque satis experientia nota. Et ratione explicatur in hunc modum. Quod appetimus vel est bonum proprium, vel alterius, si proprium habetur institutum. Alterius autem bonum non appetimus, nisi vel quia in actu appetendi rationem aliquam boni proprii inuenimus, vel certe quia, cui tale bonum appetimus, aliquo modo ad nos pertinet, siue vnus nobiscum est aliquo modo. Nam aut creatura est, aut creator: si creator, eatenus illi bonum volumus, quatenus ipse Deus est vniuersale bonum rerum omnium, atque adeo nostrum. Et hæc de causa charitas magis Deum amat, quam amantem, quia in Deo includitur bonum ipsius amantis tanquam in fonte, atque origine: si vero est creatura, volumus illi bonum, vel quia amicus est, vel quia propinquus, vel quia homo, in quo bonitatem nostrae naturae consideramus, quod si non sit creatura rationalis, bonum ei optamus, vel quia ad nos attinet, vel quia aliquo modo in natura est nobis similis: unde D. Thom. 1. 2. q. 27. a. 3. resoluit similitudinem causam esse amoris, ut etiam Plato dixerat, & indicatur satis Eccl. 13. quia nimirum similitudo efficit, ut bonum alterius mihi similis apprehendatur tanquam meum, & in ead. quest. a. 1. q. 26. docet in tantum esse aliquid bonum, & appetibile, in quantum est proportionatum bonum amantis. Horum causa inde sumitur. Quia licet ratio boni non respiciat hunc vel illum, tamen ratio appetibilis ab hoc vel illo includit, quod bonum eius sit, nam appetitus est inclinatio quædam ad propriam perfectionem tendens, neque hoc destruit communem diuisionem amoris in amicitiam, seu beneuolentiam, & concupiscentiam, vbi alibi tractatur.

Quæstio
sola expedita
tur per duas
conclus.

Eius ratio.

CAPVT III.

Utrum actus appetendi fiat à sola potentia appetitiva, & quandoam per illum producat.

Postquam dictum est de obiecto potentia appetitivae, dicendum sequitur de illius actu, de cuius substantia, & quidditate eodem modo sentiendum est, ac de actu potentia cognoscitivae: argumenta enim quib. 1. 3. c. 3. confirmauimus actum esse qualitates à potentia distinctas, idem conueniunt in presenti, quare hoc supposito, dicendum est de principio, & termino istius actus. De principio ergo elicitiuo variae fuerunt sententiae, quidam censuerunt huiusmodi actum fieri ab obiecto appetibili apprehenso: recipi vero in potentia appetitivae, quam mere passiuam esse credunt. Alij voluerunt fieri à quadam potentia appetitivae merè actiua, recipi vero in appetitivae, quam mere passiuam esse ponebant: hæc tamen impossibilia sunt, ut satis in simili est ostensum in cit. lib. 3. de potentijs cognoscentibus in communi, est enim actus amandi vitalis, & immanens, qui necessario fieri debet ab ipsa potentia, in qua recipitur.

1. præsentia
capituli pun-
ctum de, co-
que dua opi-
niones ab-
surdæ.

His ergo omisissis, ac posito potentia appetitivae effectiue efficere suum actum, difficultas est, an sola illa actiue ad ipsum concurrat? Multi opinantur obiectum habere efficientiam simul cum potentia. Gregor. in 2. dist. 35. q. 1. & 2. Gabr. q. 1. dub. 3. Palud. in 4. d. 43. Henr. quodl. 3. qui tamē in modo opinandi varij sunt. Eorum enim quidam vniuersaliter asserunt: alij vero limitant, ad actus quidē necessarios concurrere obiectum effectiue, non tamen ad liberos. Alij obiectum apprehensum concurrere effectiue sub ratione apprehensi: alij apprehen-

2
Opinio alia,
varique
modi illius.

R 2

prehen-

Notatio pro
resolutione.

prehensionem ipsam: Caiet. vero 1. p. q. 80. a. 2. & in 1. 2. sepiissime inculcat obiectum appetibile non concurrere effectiue ad substantiam actus appetendi, concurrere tamen effectiue ad specificationem eius. Pro resolutione ergo notandum actus humanos esse posse effectus, & imperatos simul, vt actus videndi elicitus est a potentia visiva, à qua immediatè, & physice exercetur: & in vniuersum actus vocantur eliciti respectu similis potentie: at imperati respectu superioris potentie, à qua moraliter originantur, tanquam ab applicante, seu consentiente: hic ergo non quærimus principium efficiens hoc secundo modo, imperans scilicet actum appetendi, hoc enim spectat potius ad philosophiam moralem, quamuis aliquid attingemus in sequentibus: inuestigamus ergo principium elicitiuum actus appetendi, sicut tractauimus circa actum cognoscendi in lib. 3.

3
Pera con-
clusio.

Hoc supposito sit nostra conclusio. Potentia appetitiua absque efficientia appetibilis cognoscit actum suum. Est sententia D. Thom. 1. p. q. 82. a. 4. & de verit. q. 21. a. 12. Idem habet Scot. in 2. d. 25. q. 1. Capreol. in 2. dist. 24. & 25. Ferrar. 1. contra, c. 44. Ad probandam autem conclusionem recolenda est distinctio illa de actu quoad exercitium, & quoad specificationem obiecti. Effectius igitur concursus obiecti ad exercitium altero à duobus modis explicari potest. Primo si fingamus obiectum producere aliquid in potentia, quo ipsa iam instructa per se se exeat in actum: sic obiectum visibile efficit, vt potentia videndi exeat in actum, producendo solum speciem in illa, vt de cætero per se ipsam in visionem prorumpat. Secundo, vt obiectum per se quoque ad substantiam ipsam actus concurrat, vt sentit Caietanus. Primum admitti non potest: nam constat aperte obiectum appetibile non posse talem efficientiam sortiri, ac præcipue circa voluntatem, quæ libere se mouet in actum, nec nisi à solo Deo illo modo moueri potest effectiue. Ac præterea arguitur in hunc modum primo. Si obiectum cognitum ita moueret appetitum, vel moueret efficiendo in appetitu formam aliquam, per quam in actu primo constitueretur, quo sane pacto obiectum potentie cognoscitiue ipsam mouet: vel moueret nihil omnino producendo, sed quasi trahendo, intelligendo potentiam ad actum secundum. Prius illud dici nullo modo potest, tum quia potentia appetitiua ex se est in actu primo constituta, vt notat D. Th. 1. p. q. 27. a. 4. Nimirum quia appetitio quædam est vitalis, & actualis inclinatio ad obiectum: potentia autem appetitiua de se inclinatur ad bonum, proindeque nulla eget forma, per quam in actu primo constituatur, nisi forte habitu, non simpliciter, sed ad melius operandum: tum quia si obiectum quippiam in potentia efficeret, fortasse aliquam similitudinem sui, quod enim aliud efficiatur: at similitudo quæcunque illa fingatur, impertinens esset, quoniam appetitio non per assimilationem efficitur sed per propensionem in rem amatam. Posterius quoque dici non potest, cum tractatio illa, siue impulsio potentie ab obiecto facta non nisi obiectiua dici, aut concipi valeat, in quo certe nulla inuoluitur efficientia, præterquam quod iam aliàs potentia haberet se merè passiuè, & ab obiecto actum reciperet, quod improbatum est: primus ergo modus efficiendi actum quoad exercitium sufficienter excluditur.

4
Excluditur
2. modus.

Alter quoque Caietani modus, quod obiectum per se, ac proxime concurrat effectiue ad substantiam actus, falsus est. Primo: quia id tantum concurrat effectiue ad actum alicuius potentie, quod illam in actu primo ad agendum constituit, sed potentia appetitiua ex se est constituta in actu primo, & non per obiectum, vt ex D. Thoma adduximus: ergo illa efficit actum suum absque obiecto.

Quod si respondeas potentiam appetitiuam, & obiectum non concurrere quidem tanquam potentiam, & formam actuante, sed tanquam duo partialia agentia: id in primis sine ratione fingitur, quia cum appetitus ipse ex se habeat sufficientem inclinationem ad obiectum, ex se est sufficiens elicere proprium actum: superflue ergo fingitur efficientia in obiecto. Deinde induci videtur quippiam impossibile: cum enim appetitio sit vitalis elici aliter non potest, quam à potentia cuius est actus, quod si causa alia concurreret, non alio sane foret, quam præuius cognitionis actus, in quo etiam vitalitas inest: appetitus autem, sicut non potest vti obiecto cognito, ita neque ipsa formali eius apprehensione, cum in alia potentia existat, nihil ergo horum concurrat effectiue ad substantiam actus appetendi.

Ex his vero excluditur membrum aliud initio numeri tertij adductum de specificatione actus. Atque ante omnia rogo ex Caietano, quidnam sibi velit obiectum efficere actum quoad specificationem, & non quoad exercitium? Nam vel sic intelligit, vt obiectum causet in actu vltimam eius differentiam, non efficiendo rationem genericam, neque aliquam substantiam actus: hoc secundum inauditum est, quod scilicet causa aliqua efficiat vltimam differentiam sui effectus, non autem gradus superiores: cuius vniuersa hæc vna sit entitas, & quod physice causat rei entitatem, non possit non causare quæ sunt de essentia illius, & contra, si vel vnum gradum non efficit, nullum efficiat. Præterea contra hoc idem procedunt argumenta facta: quia actus appetendi etiam prout in tali specie constituitur, est actio vitæ, respectu cuius potentie de se constituta est in actu primo. Denique quia res ab eo fit effectiue in tali specie, à quo recipit substantiam suam, vt patet in homine, & inductiue in reliquis omnibus naturæ effectis: obiectum autem efficienter non concurrat ad substantiam actus: ergo neque ad specificationem. Iam vero primum, si non de efficientia propria, sed de metaphorica procedat, vt nimirum obiectum præfens ad seipsum in certa specie constitutum moueat, alioquin appetitum, quia ad actum mouet circa ipsum, id quidem verum est, sed non obstat conclusioni. Quod si de propria procedat efficientia non potest esse verum, quia nihil assignari potest, quod obiectum valeat efficere: non actum primum, non secundum, non denique specificationem eius differentiam, vt ostensum est: quare, &c.

Atque hæc rationes concludunt tam de actibus liberis, quam de naturalibus, & in his quodammodo urgent magis, quia ad illos est potentia magis propensa: quodammodo vero magis in liberis quæ circa illos habet dominium ipsa potentia, ideoque effici nequeunt ab extrinseco principio: procedunt autem dictæ rationes tam de obiecto apprehenso, quam de apprehensione, vt patet ex dictis. Et confirmatur amplius primo. Obiectum appetibile abstractum ab efficientia: non ergo potest efficere. Secundo, si efficeret, non distinguerefur iam concursus causæ formalis ab efficienti. Tertio, appetitio est quasi motio quædam in appetibile tanquam in terminum, terminus a specificatione motum, non vero efficit. De apprehensione quoque sunt argumenta. Vnum est, quia actus potentie vitalis actum alterius non efficit. Alterum, quia apprehensio est conditio obiecti tantum requisita, & applicans illud potentie: non ergo efficit actum ipsius potentie.

Sed contra conclusionem sunt argumenta, quæ opinionibus initio positis fauent, & quidem priores duæ, quas, vt improbabilis reliquimus in n. 1. fundabantur in proloquio illo, Nihil potest se de potentia.

SVAREZ
de Angelis, oper
re 6. d. 1. m. et
anima.

ETOM TOM
II III

D. V. 2

Argumen-
tum 1. pro
opinione in
2.
Secundo.

Tercio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

Ad 1. res-
pon-
sum quoniam
dum non
placet.
De hoc prin-
cipio in disp.
23. mes. sect.
7. et 12. de
Orat. mens.
6. 13.
Melior re-
sponso.

Capreolus im-
merito car-
pitur.

potentia in actum reducere, quod sepe expositum est, & solum argumentum: opinio vero ulterius alata in n. 2. tribuensque obiecto, vel eius apprehensionem efficientiam nititur primo. Quod apprehensio illa simpliciter necessaria sit ad appetendum, atque aliquo modo efficiat actum. Secundo, quia si dicamus appetitum moveri ad præsentiam appetibilis, eadem ratione dici poterit de intellectu, deque alijs potentijs, quod se moveant ad præsentiam obiectorum, nulloque modo moveri ab illis effectivè. Tercio obiectum præsens magis excitat appetitum, quam absens: ergo aliquid efficit, alias non esset cur magis movere diceretur. Quarto potest argui: quoniam in voluntate dantur actus tum circa finem, tum circa media: atque actus circa finem causat actum circa media: ergo non sola voluntas efficit omnes actus suos. Quinto arguit Caiet. Quoniam verbum divinum, quod est conceptus Patris, concurret per modum efficientis ad productionem amoris, seu Spiritus sancti, producit enim illum, ut verum ipsius principium. Licet efficiens causa proprie non sit: ergo etiam in nobis verbum conceptum concurret effectivè producendo amorem, solumque interest, quod sit accedens, divinum vero realis substantia, quod certe discrimen non variat modum concursus, sed tantum rei productæ rationem. Sexto, faveat huic opinioni Aristoteles 12. Metaphysicæ text. 36. ubi reducit omnes causas moventes ad primum appetibile: reductio vero ad causam efficientem esse debet, alias æquiuocatio committeretur in argumento, quo loco Averroes commentatur badnem in anima causare desiderium, ac Divus Augustinus etiam 15. de Trinitate, cap. 23. docet amorem procedere à scientia, & cap. 26. amorem procedere de *gignente*, & de *genita* notione, tanquam de parente, & prole. Divus Thomas 1. part. q. 14. a. 5. & 3. & 1. contra gentes, capit. 49. & 1. 2. q. 1. artic. 3. scribit actionem fumere speciem à forma, quæ est principium agendi, ideoque actiones voluntatis specificari à fine sentit ergo finem esse principium agendi in voluntate, & 1. part. q. 80. art. 2. docet appetitum esse potentiam falsitiam, quia movetur ab appetibili, quod Aristoteles dixerat 13. de anim. c. 7. idem sumitur ex 1. 2. q. 9. a. 1. & q. 22. a. 3. ad 2. & quæst. 30. a. 2.

Ad primum occurrunt quidam apprehensionem obiecti non esse simpliciter necessariam ad appetendum, hoc tamen falsum est, cum primum principium sit: *Nihil esse volutatis, quin præcognitum*: ac supra ostendimus appetitum elicatum oriri ex cognitione, unde appetitus: qui cognitum non supponit, quodammodo mortuus est, non elicitus & vitalis, de quo nunc loquimur. Admitto igitur apprehensionem requiri, non ut efficientem causam, sed ut applicationem obiecti, bonum enim movet quidem appetitum, debet tamen ei applicari per cognitionem, ob idque D. Thom. 1. p. q. 82. art. 4. dixit intellectum movere voluntatem proponendo obiectum. Apprehensio itaque obiecti tantum concurret ad amorem, ut causa per accedens loquendo physice. Estque nihilominus necessaria: quæ duo certe non repugnant, in quo falsum non pauci reprehendentes Capreolum in 2. d. 25. q. 1. ad 1. Henric. contra tertiam conclusionem, quod dicat apprehensionem obiecti requiri per accedens ad actum, appetitus, non enim usurpat per accedens, quod necessariam non putet, sed quod non per se influat in actionem appetitus. Ex quo obiter colligitur, quæ coniunctio necessaria sit inter appetibile, & appetitum, ut sequatur operatio: cui rei similem tractavimus lib. 3. cap. 1. oportet enim ut vitaliter uniantur in eadem anima: in quo differt à cognoscitiva potentia, quæ vniorem obiecti cum potentia postulat, appetitiva autem postulat tantum sui obiecti unionem cum

Francisci Suarez de Anima.

alia potentia cognoscitiva, eiusdem licet animæ. Ad secundum respondetur terminationem potentie ad hunc, vel illum actum non facit esse, ut obiectum effectivè concurret, sed verò in potentijs cognoscentibus potissimam rationem sumi ex modo operandi earum, videlicet assimilando, unde maior in eis indeterminatio cernitur, quia de se omni actuali principio carent per quod assimilantur, appetitus vero eo modo non operatur, sed inclinando in obiectum, cumque de se sit inclinatio, & pondus saltem in actu primo, & civitate obiecti minime eget. Ad tertium dices, obiectum præsens magis excitare appetitum, quia clarius, & fortius apprehenditur, atque adeo melius applicatur appetitui, magisq. movet illum. Ad quartum totum admitto, quod nimirum voluntas ex intentione finis determinatur ad electionem mediorum, sicut intellectus ex assensu principiorum ad assensam conclusionem determinatur, id tamen contra conclusionem non militat, in qua tantum excludimus efficientiam obiecti, vel alterius potentie ab appetitu. Non negamus vero, quin possit voluntas, vno actu medio, alium efficere. Quintum argumentum ad rem non facit, nam verbum divinum intelligens est, atque amans, ideoq. potuit amorem producere verbum autem nostrum, cum non amet, amorem non producit. Ad vicimum respondetur Aristotelem illo loco docere primum movens movere, ut primum appetibile, ne alias moveret propter finem alium, sicque aperte loqui de causalitate finali: Averroes vero agit de motione metaphorica, de qua etiam interpretandus erit D. Thomas ubi eundem de eo tractat, quando autem finem vocat principium actionis, intelligit moraliter, non physice: similiter appetitus potentia passiva dicitur, metaphorice, sicut motio finis metaphorica est, & hæc de principio actus appetitus. Quod erat primum punctum iudicio propositum.

De termino vero appetitus, quod erat secundum punctum, auctores dissentiunt, Scotus enim in 1. dist. 6. & 10. & ibidem Gregor. & Durandus negant per actum voluntatis terminum produci, quod videtur sentire D. Thomas de veritate q. 4. art. 2. ad 7. Capreolus tamen in 1. d. 10. quæstion. 1. Caiet. 1. p. q. 27. art. 3. Ferrar. 4. contra, cap. 19. aiunt per actum appetitus produci nihil, inquantumque esse realiter distinctum ab actu ipso. Resolutio videndum tamen apud nos facilis est ex supra dictis lib. 3. c. 5. 18. Metaph. certum enim iudicio in actu appetitus reperiri a se. 2. siquid per modum operationis, & aliquid per modum operati, atque terminum, & viam in tali actu modaliter solum distingui. Quæ est opinio D. Th. 1. p. q. 27. a. 3. & clarius q. 37. a. 1. Ratio communis est, quia ubi qualitas datur novè producta, productio illius debet existere, actus autem appetitus qualitas quædam est: porro autem aliter in appetitu qualitatem productam per actionem ab illo realiter distinctam, mihi non probatur, quia si ne vlla necessitate, & ratione astringitur: quod ergo appetitu producit, ipse est actus, quo amat, qui que pondus quoddam est in rem amatam, mixta illud ex Augustino vulgatum, *Amor meus pondus meum, illo feror, quocunque feror*. Quæ etiam de causa dicitur amans esse in re amatam, & quidam alius inuexit animam esse potius, ubi amat, quam ubi animat: & Matth. 5. *ubi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum*. Atque de actu appetitus hæc dicta sunt, de potentia vero ipsa iam in principio loquuti fuimus.

CAPVT IV.

Virum in appetitu sensitivo sint plures potentie habentes obiecta diversa.

Vos distinguimus appetitus supra, rationalem, & sensitivum: postquam ergo dictum

Acceptio-
ne
est
appetitus.